



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 13. Veralli Legati ingressus in Urbem Parisinam, ejusque mandata  
Parlamenti tabulis inserta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

quoque , si Papa Bononiam pergere Sæcul. XVI.  
decerneret , eo venire haud cunctare- A.C. 1551.  
tur , ut cum illo colloquendi copiam  
habere posset ; de cetero autem Verall-  
li legationem in Gallias sibi pergratam  
nec ullo pacto suspectam dicebat , cum  
& ipse non minori , quam ceteri ardore  
pacem exoptet. Porro cum Cardina-  
lis Carpius quartana febri detineretur ,  
evanuit ipsius ad Cæsarem legatio , Ve-  
rallus vero , qui jamjam in Franciam  
lentis itineribus pergens , usque dum  
de Cæsaris voluntate constaret , in via  
subsistere jubebatur , tandem Mense De-  
cembri ad Henricum Galliarum Regem  
peruenit , eumque die decima tertia  
eiusdem Mensis Fontis - bellauei salu-  
tavit.

### §. XIII.

*Veralli Legati ingressus in urbem Pa-  
risinam , ejusque mandata Parla-  
menti tabulis inserta.*

E volutis aliquot diebus Verallus pub- Thuanus  
hist. lib. 8.  
Spond. in  
annual hoc  
anno n. 20.  
lice Parisinam Urbem solemnri pom-  
pa ingrediebatur , ibidem pro more ab  
omnibus Ordinibus exceptus : cum  
vero ejus mandata unacum Regio di-  
plomate ad Senatum deferrentur , illa  
tabulis fuere inserta appositis iisdem  
conditionibus , quæ olim eisdem Am-  
basii , Gufierii , Pratensis , Farnesii ,  
Sa-

**Sæcul. XVI.** Sadoleti & Sancti Georgii Cardinalium  
A.C. 155<sup>1</sup>. mandatis adiiciebantur , additum ta-  
men insuper , ne Legatus munus suum  
per alios , sed duntaxat per se ipsum in  
Galliis exerceret , nec dignitates Epis-  
copalibus minores in Ecclesiis Cathe-  
dralibus , atque etiam in Collegialibus,  
in quibus formula capitis: *Qua propter*,  
*servatur* , cuiquam conferat , nec  
Canonicos , ne de collegiorum quidem  
consensu , spe in futurum gratiæ obti-  
nendæ , creet , nihilque faciat , quod  
sanctis decretis , pactis , juribus , pri-  
vilegiis , ac prærogativis regiis , im-  
munitatibus , & libertatibus Ecclesiæ  
Gallicanæ , & publicarum regni Scho-  
larum edictis , constitutionibus regiis,  
& Senatus consultis , ac nominatim e-  
dictis , quæ *parvas datas* vocant , de  
quibus infra sermo redabit , vel iis quæ  
Notarios Ecclesiasticos spectant , aut  
deroget , vel præjudicet , easque condi-  
tiones manu propria subscriptas , & in  
Curiæ acta referendas , impleturum  
se Regi cavere teneatur. Id actum est  
in Senatu exeunte anno die vigesima  
quarta Decembris.

#### §. XIV.

*Clericorum quærelæ contra editum  
Tolosanum.*

Eo-

